



The following document is part of a Dulwich Society project to digitise, transcribe and translate the Dulwich Manorial Court Rolls. They begin in 1333 and continue, with some breaks, to 1908.

For more details of the original court rolls and other documents please go to <https://www.dulwichsociety.com/courtrolls/>

Text in **red**, apart from modern notes by the transcriber, indicates text missing from, or entirely illegible in, the original Roll.

Text in various shades of **grey** indicates text which, in the original Roll, is to a greater or lesser extent difficult to decipher.

Text in **green** indicates letters missed out of the original text, usually in commonly found abbreviations.

Otherwise, all contemporaneous text is in **black**, except for presumed later additions which are indicated in **brown** or **blue**.

Roll L16

[This Roll was previously named S3.]

Roll L16 [previously S3] (recto)

[Wednesday] 20 April 1636

1636

1636

S3

Mannerium de Dulwich

VISUS Franci plegii cum Curia Barronis ibidem tenta die Mercurij 20 die Aprilis
 Anno Regni Domini nostri Caroli nunc Regis Anglie &c Duodecimo tenta per
 Thomam Edgar senescal^{lum} -- ibidem :

Juratores pro rege	Jacobus Nelham	Jurati	Johannes Bodger	}
	Edmundus Redman		Henricus Collins	
	Thomas Downer		Hugo Bowden ['formerly' Bolton?]	
	Faber[sic] Fox		Thomas Hamond	
	Willelmus Staple		Richardus Crane	
	Edmundus Cursons		Johannes Barrett &	
	Paulus Baxter		Johannes Starky	
	Johannes Duffield			

Officium Constabularii **Item** Capitales plegii predicti Ricardum Crane unum residentium infra p^{re}cinctum huius letæ
 eligerunt ad officium Constabularii exercendum et exequendum ibidem qui modo p^{re}sens in Curia
 sacramentum suum corporale p^{re}stitit officium illud bene et fideliter exequendum &c

Officium Hedborowe **Et** similit^{er} eligerunt Henricum Everatt et Danielis Scrivener duos residentes infra
 p^{re}cinctum istius letæ ad officium de Hedborowe ibidem tenendum, qui modo p^{re}sentes in Curia
 uterque eorum existit iuratum officium illud sep^{ar}alliter et respective bene et fideliter

ibidem exercendum et exequendum .

Aleconner

Et similit^{er} eligerunt Willelmum Mathewe unum residentium infra p^{re}cinctum huius letæ ad officium de Aleconner ibidem tenendum qui modo p^{re}sens in Curia suum sacramentum corporale p^{re}stitit officium illud bene et fideliter exercendum et exequendum &c .

Ad hanc Curiam Radulphus Latham inhabitans infra p^{re}cinctum huius letæ / Georgius Welshe, et Lawrencius Lothar duos servientes Mathei Sheppard residentes infra p^{re}cinctum huius letæ Et Johannes Romsey similit^{er} residens infra p^{re}cinctum huius letæ iurant^{ur} Domino Rege pro legeancia

pœna

Imprimis ordinatum^{est} quod quilibet ingulat anglice yoake vel quod quilibet anulat anglice ringle porcos suos et secundum antiquam consuetudinem sic ingulat sive anulat sub pœna firisfacture Domino pro quolibet porco pro qualibet septimana js.

pœna

Item ordinatum est quod Johannes Moreton[sic] inhabitans infra p^{re}cinctum huius letæ escoreat fossam suam sive aquae cursum a parte orrientali fundi sui, adiacentem Regie vie usque et ad fundum Johannis Bodger et id fiendum esse ante decimum octavum Diem Octobris proxime sequentem sub pena pro qualibet virga ad tunc inde infecta js .

pœna

Item ordinatum est quod nullus inhabitancium infra p^{re}cinctum letæ predictæ nec servientes seu assignatores alicuius eorum ad aliquod tempus imposterum effodet seu effodi causaret aliquam terram vel tellurem anglice Loame or earth iuxta finem orientem Cemiteriæ proxime ad regiam viam ducentem ad Locum vocatum (Dulwich Court sub pena pro quolibet tempore j^{xi}-- vj^s – 8^d).

Item ordinatum est quod Johannes Apletone generosus et Ricardus Abbott generosus duo inhabitantes infra p^{re}cinctum

huius letæ escorant seu escorare[*sic, escurari*] causarent fossam suam, sive cursum aquæ, a parte orientale cursus aquæ iuxta le Nulandes ad partem occidentalem de le Conny Ackre ita quod aqua ibidem currentiam habeat liberum suum cursum et id fiendum esse ante decimum octavum diem Octobris proxime sequentem sub pena cuilibet eorum pro qualibet virgata adtunc inde infecta js vjd

Item ordinatum est quod predictus Johannes Appletonn escorat seu escorare causaret aquæ cursum a parte orientale pomarij sui usque ad le Nulands hedge, et id fiendum esse ante dictum decimum octavum diem Octobris sub pena pro qualibet virgata inde adtunc infecta js

Item ordinatum est quod Willelmus Stapple residens infra p^{re}cinctum huius letæ escorat seu escorare causaret aquæ cursum ducentem a le Cony Akre ad partem inferiorem de le Eighteene Akres occidentaliter et id fiendum esse ante dictum decimum octavum diem Octobris sub pœna pro qualibet virgata inde adtunc infecta ----- js

Item ordinatum est quod [blank] Cassinghurst vidua una residentium infra p^{re}cinctum huius letæ escorat seu escorare causaret fossam suam ab Australe parte de le [blank] ad aquilonem partem inde adiacentem regie vie ante vicesimum Diem Marcij proxime sequentem sub pena pro qualibet virgata inde infecta js .

Item quod cum predictus Johannes Moreton ad ultimam Curiam hic tentam primo die Aprilis Ann^o Domini 1635 ordinatum fuit, per Capitales plegios sub pena / pandere anglice to lay open Regiam viam quam per rotulum idem Johannes inclusam fecit ante septimum Diem Julij tunc proxime sequentem prout actus eiusdem Curiae apparet / Capitales Plegii presentant id adhuc infectum esse et ideo ordinaverunt eundem Johannem Moreton in Misericordia 5^{xi}. Et quod pandet viam predictam prout fuit temporibus antiquibus ante decimum diem Julij nunc proxime sequentem sub pena 10^{xi} .

Item cum Nicholas Bodger unus inhabitantium infra p^{re}cinctum huius letæ ad ultimam Curiam hic tentam

pœna augmenta

primo die Aprilis Ann^o Domini 1635 ordinatum fuit, per Capitales Plegios sub pena, imparcare anglice to kennell Canes suos veneticos aut eos custodiret infra suas libertates ita quod vicinos suos [damnum] non inducerent aut offendereⁿt ante sextum diem Novembris tunc proxime sequentem prout per rotulum actus eiusdem Curiae apparet . Capitales Plegii presentant defectum inde, et ideo -- ordinaverunt predictum Nicholaum in Misericordia vj^{xi}. pro defectu predictae Item ordinaverunt predictum Nicholaum Canes suos imparcare, sive Custodire, ut predicatur^{ur}, ante sextum diem Novembris nunc proxime sequentem sub pena 12^{xi} 13^s – 4d .

fines pro defectu in Regijs viis

Item presentant defectum cuiuslibet personæ sequentæ inhabitantium infra p^{re}cinctum huius letae pro defectu operando et ^{non} reparando Regiam viam in modo et forma sequente videlicet

xxxx^s

Radulphum Lathum generosum pro sex diebus cum plaustro suo secundum formam statuti

xxxx^s

Johannem Duffeild pro sex diebus cum plaustro suo in eodi modo

vij^s

Willelmum Staple pro uno die similiter cum plaustro suo

xxx^s

Nichola^um Bodger pro quinque diebus similiter cum plaustro suo

ijj^s

Franciscum Cantar pro non inveniendō homines operarium pro duos dies operandi in Regia via ut predicatur .

j^s vj^d

Edmundum Cursons pro non inveniendō homines operarium pro uno die operandi in Regia via

j^s vj^d

Hugonem Bowden pro non inveniendō homines operarium pro uno die operandi in Regia via

ijj^s

Nicholaum Michell pro non inveniendō homines operarium pro duos dies operandi in Regia via

vj^s

Willelmum Sharpe pro non inveniendō homines operarium pro six[sic] dies operandi in Regia via

ijj^s

Jacobum Deacon pro non inveniendō homines operarium pro duos dies operandi in Regia via

vj^s

Paulum Baxter pro non inveniendō homines operarium pro quatuor dies operandi in Regia via


[End of L16 [previously S3] (recto). L16 [previously S3] (verso) follows below.]

Roll L16 [previously S3] (verso)

[Wednesday] 20 April 1636 (continued)

S3

Igo[sic] Thomas Edgar Senescal^{lum} Visus Franci plegii & Curia Baronis Manerij p^{re}dicti de
Dulwich fines separales super^{easdem} quaslibet partes (in regiis viis p^{re}dictis Dilinquentes
ut p^{re}dicitur) in ivdem[sic?] modo imposui et super caput cuiuslibet eorum separaliter
apparet

per me 

[later additions, in pencil :]


ω

ω

[see the Roll for 10 April 1581 (J8 [previously K6] (recto), ll. 64 to 75).]

Ad hanc Curiam venit Philippa Forster vidua native tenens huius Manerij in propria persona sua et in plena Curia sursum reddidit in manus Dominorum unum messuagium sive tenementum et quatuordecem acras terræ sive plus sive minus cum pertinentiis infra Manerium predictum existentia terre Customarie eiusdem Manerij Et de quibus quidam Philippus [sic, Henricus] Henley defunctus nuper pater predictæ Philippæ /ⁱⁿ vita sua fuit seisitus **Ad opus** et usum predictæ Philippæ Forster pro et Durante vita sua naturali et post eius Decessum Remanere inde ad opus et usum Johannæ modo uxoris Johannis Westwood et Mariæ modo uxoris Johannis Dunn filiarum eiusdem Philippæ et heredibus ipsarum Johannæ et Mariæ inperpetuum per virgam ad voluntatem Dominorum secundum Consuetudinem Manerij predicti **Sub hac** tamen Condicione quod predicta Johanna et Maria aut unus eorum heredi aut Assignati sui solverent seu

aliquis eorum solveret infra unum annum proxime sequentem mortem prefatæ Philippæ cuidam Elizabethæ Forster filiæ et heredi Nicholai Forster defuncti summam viginti Marcorum legali monete Anglice **Cui** quidem Philippæ Domini Manerij predicti per Senescallum suum -- -- concesserunt inde seisinam habendum [et tenendum] sibi pro et durante vita sua naturali, Et post eius Decessum prefatæ Johannæ et Mariæ et heredibus ipsarum inperpetuum sub condicione ut predicatur Et predicta Philippa dedit Dominis de fine Et fecit Dominis fidelitatem et admissa est

executum per me  Senescallum predictum

[End of Roll L16 [previously S3].]